

IDEA HOMILIAE

Super Libri Ruth. Cap. I.

P. Mich. V. v. 1. Matth. II. v. 1. Johan. VII. v. 42.
E. ab incentivis & impulsivis explicandi & auscultandi libellum hunc, quales sunt: I. patriæ sive natalis soli Salvatoris nostri notatio. II. Generis, tribus & Genealogiæ ejusdem confirmatio, cap. IV. Matth. I. Luc. III. cap. III. Vocationis gentium præludium & præfiguratio. IV. Status Oeconomici sive viventium in eodem parentum & liberorum informatio &c.

Prout verò libellus hic, *νεστηριων* inductione & Ecclesiæ V. & N. T. novantiquæ consensione, est *ἐκθιαθηκ* & indubiè Canonicus, à Samuele vel alio Prophetico viro conscriptus, nequaquam verò à Protestantibus (quæ Sandæi Jesuitæ calumnia est) à Canone exclusus: ita annorum decem Historiam tempore Judicum de afflicto & paulò post relecto viduæ Judaicæ Naemi, ejusq; nurus Ruth Moabitidis, (proaviæ Salvatoris nostri) statu continet, descripto per:

I. Antecedentia cap. I. II. III.

II. Concomitantia cap. IV. ad v. 9. 13.

III. Consequentia cap. eod. v. 13. ad fin.

Et hæ sunt libri partes, quarum prima capite præsentis primo incoatur, cujus tria sunt membra:

I. *Peregrinatio* v. 1. 2.

II. *Commoratio* v. 3. ad 6.

III. *Remigratio* v. 6. ad 22. fin.

I. *Pere-*